

Inventer, créer, fabriquer, produire
Inventer de nouvelles formes architecturales : la domus aurea de Néron.



TACITE, *Annales*, XV, 42-43

- Ceterum Nero usus est patriae ruinis extruxit que domum, in qua haud proinde gemmae et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva et stagna et in modum solitudinem hinc silvae, inde aperta spatia et prospectus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat etiam, quae natura denegavisset, per artem temptare et viribus principis inludere.
- 5 Namque ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tibernia depressuros promiserant squalenti litore aut per montes adversos. Neque enim aliud umidum gignendis aquis occirrit quam Pomptinae paludes : cetera abrupta aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor nec satis causae. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno juga conisus est, manent que vestigia inritae spei.
- 10 Ceterum urbis quae domui supererant non, ut post Gallica incendia, nulla distinctione nec passim erecta, sed dimensis vicorum ordinibus et latis viarum spatiis cohibita que aedificiorum altitudine ac patefactis areis additis que porticibus, quae frontem insularum protegerent. Eas porticus Nero sua pecunia [eum] exstructurum [esse] purgatas que areas dominis traditurum [esse] pollicitus est. Addidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis, finivit que tempus, intra quod effectis
- 15 domibus aut insulis apiscerentur.